



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

46. de pertinentibus ad iudicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

in li.de
orando
Deum. **A**ugust. Angelis qui sunt apud Deum,
innotescunt petitiones nostræ, ut quo-
modo offerant Deo, & de iis consu-
lant: & quod Deo iubente implendum co-
gnouerint, hoc nobis euidenter vel latenter
Tob.12 reportent. vnde & Angelus hominibus ait:
Cùm oraretis, orationem vestram obtuli-
Deo. Ad omnia quidem sciéda sufficit Deo
sua perfectio: habet tamen suos nuncios, id
est angelos: non qui ei quæ nescit annun-
cient: sed bonum eorum est de operibus suis
consulere veritatem. & hoc est q̄ dicuntur
nonnulla nunciare, non vt ipse ab eis discat,
sed vt ab eo missi ad quos voluerit, quid sibi
faciédum, quibus & quādo nunciandum sit,
&c. Si autem Angeli à Deo per verbum eius
discunt petitiones nostras, & quid de iis im-
plendum sit, & quid non: cur non credamus
Aug. & animas sanctorum Dei faciem contem-
lib.de plantium, in eius veritate intelligere preces
gratia hominum, & quæ implēdæ sint, vel nō? &c.
no.te-
stamē.

DE STATV ET CON-
ditione damnatorum. **I**C

DISTINCT. Quadragesimæ sextæ
CAP. Vnicum.

Iudicium Dei non est sine misericordia.

PP. iij

Superiùs
de statu a-
nimarum
ante iudi-
cium dictū
est, nunc de
statu earū
post iudi-
cium.

QVidam autumant malos nullam pœnæ releuationem habituros: quod confirmant Iacobi authoritate dicentis: iudicium sine misericordia fiet illi, qui super non fecit misericordiam. August. etiam ait: *octona* Misericordia hic, iudicium in futuro. Sed *riū 18.* illud intelligendum, quod iudicium damnationis sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo quod fuit sine misericordia. Vel fiet iudicium sine misericordia liberante & soluente: qui tamen in aliqua pœnæ alleuiatione misericordiam Dei sentiet. ita cum dicitur, misericordia hic, iudicium in futuro, non negatur quin in futuro sit misericordiæ effectus, & in electis, qui per misericordiam ab omni miseria liberauntur, & in reprobis, qui minus quam mernerint cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri Dei misericordia, & iudicium in futuro: quia & hic multis modis miseretur Deus, vocando peccatores & iustificando, quibus tunc non miserebitur.

D E I V D I C I I E X -
tremo modo.

P R I S T I N C T . Quadragesimæ septima
C A P . Primum.

*Sententia iudicis an voce sit proferenda,
non satis constat ex scripturis.*